

Eadem verificatio à navigationibus

exactis Cap. IX.

**P** Ostea de navigatione inter Aromata & Rapta, Diogenē quendā ait, qui in Indiā nauigarat, ac secūdo fuerat reuersus, quū prope Aromata, nauigasset à Septētrione arreptū esse: quumq; Troglodyti cam à dextra habuisset, diebus uiginti quinq; ad paludes, ex quibus Nilus fluit applicuisse, quibus Raptorū promōtorū paululū est Australius. Theophilū autē quendā ex his, qui in Azaniā nauigare cōsueuerūt, à Raptis soluisse, ac Austri flatu, die uigesimo ad Aromata peruenisse. Verū neuter horum, q̄t dierū nauigatio illa esset, aperuit, sed Theophilus se die uigesimo illac applicuisse, Diogenes uero dieb. 25. Troglodyticā, præternauigasse dixit, solū referētes quot diebus nauigassent, minime aut aduerentes, quot dierū nauigatio illa, propter uentorū in tāto tempore irregularitatē & immutationem, esset, neq; utrū tota nauigatio illa ad septētrionē, aut meridiē facta fuisset. Verū Diogenes se tantū septētrione impulsū esse. Theophilus autē solē austro nauigasse retulit: reliquā autē nauigationē qd eundē semp tenorē seruaerit, neuter dixit. Quod enim naues illę tot diebus, eodem fuerint impulsę uētō, haudquāq; est credibile: ac ideo distantiā eā, quā Diogenes inter Aromata & paludes, quibus Raptū promontoriū australius existit, 25. emensus est dieb. Theophilus à Raptis ad Aromata, lōgē maiore 20. dieb. exegit. Theophilusq; diei ac noctis nauigationem mille esse stadia supposuit: cui rei licet ipse astipulet, ait tamē nauigationem eā, quę à Raptis ad Prassum promontorium ac multorū est dierū, 5000. tantū à Dioscoro stadiorū supponi: quū facile, ut par est, uētī sub æquinoctiali mutant, ac ideo secundum ipsum etiā solis trāsitus ad obliqua celeriores ponunt. Ob hac igit magis decuisset, ut relata dierū multitudini, fidē haud prestasset. Et ideo etiā, qd omniū manifestissi

mū est, qd Aethiopes & Rhinocerotū conuentū ex opposito gelidę cōstituit zone, quū ratio ipsa dicitet omnia, quę sub eadē aëris qualitate posita sūt esse similia, siue plantę sint, seu animalia, imitariq; similitudines cœli, q̄ sub eisdē sunt parallelis, aut illis q̄ æqualiter ab utroq; distāt polo. Quapropter Marinus, solū usq; ad tropicū hybernū cōtraxit distantiā, nulla rationabili causa de contractionis quantitatē reddita. Quod si quis & dierū numerū & seriē acceptaret peragratiōnū, quę admodū ipse fecit, hęcq; seruaerit, quantitatē solū diurnorū stadiorū præter modū & consuetudinē minueret, anteq; terminus ad eū perueniret parallelū, ad quē ipse uenire censeret oportere. Atqui cōtrariū potius se, qui deberet. Nempe ut possibilitati diurnę peregrinatiōis crederetur, tenori autē perpetuo tam iuxta æqualitatē, q̄ secundū positionē, minime fides adhiberet, tanq; impossibile existat, ut distantiā inquisita p̄ hęc accipi ualeat, aut illud solū, qd eo maior fiat sub æquinoctiali: uerū rectius ab aliquo eorū quę manifestius apparēt, deprehēdi potuisset, tale em̄ lōgē fuisset certius, si quis magis mathematicalius cōsiderasset, quę regionibus illis accedere solēt. Verū cū historia talia præstare nequeat reliquū est, ut à simplicioribus plenius cōsideret rationabile quantitatē ultra æquinoctialē egressionis. At illa p̄ formas & colores animalū, quę in locis illis sunt, percipi potest. Vnde sequit, parallelū p̄ Agisymbā regionē, quę sine cōtrouersia Aethiopū est, nequāq; ad hybernū usq; p̄tingere tropicum, sed citra æquinoctialē potius terminare, nō enim apud nos in oppositis locis, hoc est, sub tropico æstiuo: homines iam Aethiopū colores habēt, neq; Rhinocerotes sunt, aut elephātes, sed in haud multū illis australioribus modice existunt nigri: Quemadmodū qui intra Syenē triginta habitāt schœnis, qualesq; sunt Garamantes, quos Marinus ob hanc causam, nequaquam sub tropico æstiuo, neque eo borealiores, sed